

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt decimvmseptimum

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

PROGNOSTICVM IOANNIS

Scitabitur Imperator in nouissimis nomine P. qui erit princeps & monarcha totius Europæ, reformabit ecclesias & clerum. post illū nullus amplius imperabit. Ergo manifestū est, q̄ sicut Romana ecclesia dei sit regnum Romanū, & similiter regnum dei, de quo regno illud dicit, quod Iesus dixit discipulis suis, Vobis (inquiens) datum

REX FRANCIAE CVM  
Lilio in vexillo.



est nosse mysteriū regni dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis, ut uidentes non uideant. Si enim opera quæ mystice fiunt in hoc regno dei palam cunctis dicerent, non solum carnales & superbi nō intelligerēt, quin imō ipsi potius ueritatē peruerterent in derisum.

CAPVT DECIMVM,  
septimum.

**B**Rigida de Suetia in reuelatione sua dixit, Egredietur lilium ex agro occidentali, erit crescens in mille milia in terra Virginali. recupe-  
rabit amissa, odore suo rigabit uenenosa, & erit fortior cedro. O iuuenis in terra lili attende, quod noua testamētum iueterata sapit. Impinge tabulæ cordis tui, quæ hucusq̄ rasa, quæso clemēter, ut regibus cōgruit. Corrige cō-

Scientiã tuam, studeas an sis de gallo bono uel malo. Nam de bono gallo antiquum propheticũ inuenit̃ ita, Aquilã grandis sociabitur liliũ, & mouebitur ab occidente in orientem contra Leonem. Leo carebit auxilio, & decipiet à lilio. fragrabit liliũ in Alemania, unde laus sua ultima uolabit sub Aquila.

MEDIA AQVILA IN DEXTRA,  
in sinistra Liliũ.



CAPVT DECIMVM OCTAUM.

**D**E laudibus liliũ ita subinfert̃. O Francia terra nobilis, quã talem fers florẽ, qui arborem arefactã iã annis mltis trãfactis sola odoris appensione uirescere faciet. Et amore charitatis inflãmabit Aquilam oriẽtalem, uolando ad ardua alis durabus, fulgens in montibus Christianitatis. Illud est liliũ odoriferum, unde apes fidelium in ecclesia fugent mel affectionis ac desiderij. Rebelles fugẽt uenenum lamentationis in agro Virginali, & liliũ cũ

aureolis stabit illũsum. Illud liliũ afficient puellulã Scorpionis Alemaniã nationis appendere fertis festiuitatum. vnde lugubriter lugebunt. O iuuenis in terra liliũ attende ne dicat̃, Vã terrã in qua rex